



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Virtutibus Moralibus, De Justitia Et Jure Et De  
Contractibus

**Antoine, Paul-Gabriel**

**Ingolstadii, MDCCXXXIII.**

**VD18 90392159**

Q. 4. Ad quid obligat promissio facti alieni?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40993**

tam stricta quam promissio onerosa: nam illa dat solum jus rem promissam petendi, & conquerendi de violata fide data; & obligatio ab illa orta pendet à sola promittentis voluntate, qui non intendit se obligare nisi ad dandam rem promissam.

*Not. I.* Juxta multos major quantitas ad mortale requiritur in violatione promissionis gratuita, quàm onerosæ, vel in furtis: quia minus invitus censetur promissarius, quòd res gratis promissa recusetur, quàm si res propria à qualis valoris auferatur.

*Q. 4. Ad quid obligat promissio facti alieni?*

*Resp.* Obligat ad procurandum sincerè, & bona fide factum alterius: nam promittens factum alienum, eo ipso censetur velle se obligare ad illud procurandum: alioqui ad nihil obligaret, & nulla esset; nam non potest obligare ad ipsum factum alienum; quia ut alienum non est in promittentis potestate, & ad impossibile obligari nemo potest. *Ita Molin. Sanchez, De Lugo, & alii multi.*

*Q. 5. An promissio facta ob causam turpem, seu opus illicitum obligat?*

*Resp. I.* Omnis promissio, & pactio de re illicita facienda, non obligat, & nulla est jure naturali ante executionem. *Ita omnes.* quia nemo